

217* Inscriptiones plus minus quingentas in urbe Roma potissimum coemptas quas anno circiter 1750 Dominicus Passioneius cardinalis collocavit in secessu suo supra Frascati apud Camaldulenses, recensuit Benedictus Passionei *iscrizioni antiche* (Lucae 1763) p. 4—146. Defuncto cardinali Passioneio a. 1764 inscriptiones illae per aliquod tempus neglectae iacuerunt, donec exeunte saeculo XVIII maior pars earum in museum Vaticanum vel Forum Sempronii in aedes Passioneiorum translata est. Nos hic enumerabimus paucae eas quae relictae sunt in agro Tusculano, ne quem fallant.

- 1 *Servilia L. l. Bonae deae* (Corp. VI, 63) (ab Henzeno et Rossio Tusculi in heremo Camaldulensium descripta.)
- 2 *d. m. Q. Caelio urbano fr.* (Corp. VI, 3363) (hodie quoque in heremo Camaldulensium.)
- 3 *d. m. Aurelius...* Corp. VI, 8843 (ab Henzeno in heremo Camaldulensium descripta, cf. Corp. VI add.)
- 4 *Cerdo et Alexander* (Corp. VI, 14662) (ab Henzeno et Rossio in heremo Camaldulensium descriptae.)
- 5 *d. m. s. Cl. Restitutae* (Corp. VI, 15575)
- 6 *diis m. L. Comin. Andriae* (Corp. VI, 16018) (ab Henzeno et Rossio in heremo Camaldulensium, nuper ab Ign. Guidi Frascati in seminario descripta.)
- 7 *dis manibus Fulviae M. f. Victorinae* (Corp. VI, 18747) (hanc mutilam Rossius et Henzenus descripserunt Frascati apud canonicum Santovetti, qui repertam putabat in vetere Tusculo.)
- 8 *Lusori* (Corp. VI, 21720) (olim ab Henzeno et Rossio in heremo Camaldulensium, nuper ab Ign. Guidio Frascati in seminario descriptae.)
- 9 *M. Segulius J. l. Menecrates*
- 10 *Thaedulio b. m. qui vixit anis XX Atticus frater*
- 11 *d. m. Zotco (sic) L. Lutati Maximi* (Frascati emit et Romae in domo sua via *Bocca di Leone n. 52* collocavit Grandius repertam esse putans Frascati *contrada le croci.*)

218* a Frascati in villa Borghesiorum dicta Mondragone adservantur (vel aliquando adservabantur) tituli quos constat venisse eo ex urbe Roma:

- 1. *dis manibus Flaviae Aug. l. Daphne* (Corp. VI, 8444).
- 2. *dis manibus L. Annaei Nychi* (Corp. VI, 11677).
- 3. *C. Iulio C. l. Metrodoro* (Corp. VI, 20137).
- b item urbanus est titulus Frascati in villa olim Pescatori nunc Cicinelli adservatus
M. Vergilius M. l. Antiochus unguent. (Corp. VI, 10004).
- c item urbanus titulus a Vulpio Lat. 8, 325 Tusculi descriptus
Fannia P. l. Sementiva (Corp. VI, 17720).
- d item urbanus titulus Frascati antea in villa Piccolomini, nunc in villa Lancellotti adservatus
Flaviae T. f. Atticillae (Corp. VI, 18292).
- e item urbanus titulus aliquando Frascati in villa Marconi adservatus
d. m. sacrum Deanae et memoriae Aeliae Proculae (Corp. VI, 16958).
- f item videtur urbanus titulus Frascati in villa olim Rocci nunc Muti adservatus
M. Petronio M. [f.] Quir. Honorato (Corp. VI, 1623 a).
- g urbanum puto origine etiam *sancto Silvano M. Iunius Castilianus* titulum nunc adservatum, teste Lanciano *notizie degli scavi* 1883 p. 173 et *bull. municipale* 44 p. 244, Frascati *nelle raccolte municipali*; certe Romae ad arcum Severi collocat eum is cui soli eum antea debebamus (sed interpolatum) Gutenstenius apud Gruterum 65, 9. Ex Grutero est huius Corp. vol. VI inter falsas n. 3260*.
- h denique debuit recipi inter urbanos *d. m. Aureliae Statiliae Agathonices filiae* titulus sarcophagi adservatus Frascati in villa Taverna, cum antea fuerit in praedio Torrenuova ad viam Labicanam (Malvasia p. 438, unde Mur. 1138, 5).

219* 1. *d. m. s. Minucia Zosima vixit una mecu anis xxxvi*
2. *Vhsularia Q. f. Polla*
3. *benemerenti Proiecto* (de Rossi inscr. chr. 4 n. 639)
tituli adservati Frascati in cavaedio retro aedem cathedralem oriundi sunt ex coemeterio Zolici via Labicana, cuius inscriptiones in hoc volumine non recepimus (cf. p. 275 not 3).

220* *P. Iunonio [Vennoio?] P. f. Annies. (?) Nundino (?) Aug. Taurinis mil. in coh. xiii. urb.* titulus, adservatus in castello Agliè Pedemontii teste Vincentio Promis (a. 1878), (cui castello res antiquae quae in effossionibus Tusculanis villae Rufinae prodirent destinatae erant), in schedis Gazzerae, quas adhibuit Carolus Promis *Torino antica* p. 383 n. 160, dicebatur repertus esse 'Romae, imo Tusculi'; item una cum inscriptionibus Tusculanis (sed sine loci indicatione) legitur inter schedas Biondii cod. bibl. Sap. 106 E f. 30 et f. 173'. Sed ne eum Tusculanum credam obstat testimonium Amatii (Corp. VI, 2948) qui vidit eum Romae apud antiquarium aliquem, praeterea quod Biondus silentium agit de tempore et de loco quo prodierit; magis crediderim hunc titulum a Biondio eodem fere tempore quo iussu regis Sardiniae fossiones Tusculanas moderaretur Romae emptum esse propter mentionem Augustae Taurinorum et una cum signis Tusculi repertis in Pedemontium missum, hinc etiam apographum eius immiscuisse se Tusculanis. Ipsa lectio tituli minime certa est.

221* δ. μ. σπριτθ φλαβιαι αλβιναι (vol. X n. 6608)—titulus Latinus scriptus litteris Graecis saec. XVIII compluribus auctoribus visus Tusculi — et repertum Tusculi facit eum Matteius p. 79 — origine videtur esse Veliternus; certe Velitris fuit saec. XVII.

222*—229* inscriptiones partim fraude partim neglegentia Matteii inter Tusculanas relatae:

222* *alcuni anni sono vicino al ponte di Grottaferrata, nel fine della selva a mano destra, dov' è il sepolcro antico, furono trovati due busti di marmo senza capo (!), uno de quali era di M. Tullio Cicerone, e l'altro di M. Catone, con il loro nome in essi intagliato. Vi si trovarono ancora altre due statue, una d' uomo, e l'altra di donna, coronate di lauro; una delle quali fu comperata dal cardinale Massimi, e l'altra fu data al cardinale Barberini insieme con tre tavole di marmo intagliate con le seguenti iscrizioni. Haec Matteius p. 73. Sequuntur inscriptiones non tres, sed quattuor:*

- 1 *dis manibus herbasiae clymenes* cet. genuina (huius corporis vol. VI n. 19296), sed a Grottaferrata et Tusculo aliena.
- 2 *m. tull. cicero | ... hare ... | et tutertia | anteconia* falsa olim extans Venetiis, Zacynthi, ut dicebatur, reperta (huius corporis vol. III, 22*) a Matteio corrupta.
- 3 *io. metegenio | uenalic | pacilius cerdo* | cet. genuina (huius corporis vol. VI n. 396) sed a Tusculo aliena.
- 4 *c. i. caesar | m. tullio ciceroni m. f. | romanae facundiae principi | quaest. aed. cos. procos | imperatori | p. p. arpinates.* Est titulus falsus huius corporis vol. II, 393* (= X, 744*) praemissa clausula tituli item falsi vol. II, 394*.

Ex Matteio repeterunt Vulpi Lat. 8 p. 94. 92; Marocco *mon. dello stato pontif.* 7 p. 85; Canina *Tusc.* p. 94. 92. — 2 et 4 falsas esse vidit Zuzzeri p. 40; ut veris eis utitur Cozza *giorn. arc.* 110 p. 157 seq. Fraudem discussit de Rossi *ann. inst. arch.* 1873 p. 212 seq.

223* *i Furj ebbero le loro delizie dove al presente è l' Eremo de' P. P. Camaldolesi di Monte Corona; attesoche l' anno 1665 nella clausura di questi discoprissi il sepolcro di quelli con varie urne ... Io rapporterò qui solamente le due lapide sepolcrali de' Popij che furono dopo in altre occasioni rinvenute dentro il medesimo chiostro con altre della stessa famiglia trovate altrove.*

- 1 *c. popilio | tayro | liberto | carissimo | popilius | pidoc* aliunde non nota et fortasse genuina, sed vix Tusculana.
- 2 *c. popilius c. l. | phileros acquitas | unguentarius* genuina (huius corporis vol. VI n. 40003), sed a Tusculo aliena.
- 3 *d. m | popiliae c. f. | saturninae* | cet. genuina (Alighieri *antich. Valentine* p. 106; cod. Vat. 6040 f. 40; Doni 42, 20; Fabretti 257, 79), sed a Tusculo aliena.

Mattei p. 75. 76. Primam repeterunt Murat. 1555, 2; omnes Vulpi Lat. 8 p. 158; Canina p. 172.

224* inscriptionem agri Mediolanensis *I. O. M. Montunates* cet. (huius corporis vol. V n. 5604) Matteius p. 83 ait repertam esse non longe ab eo loco ubi repertam facit n. 240*. Ex Matteio Vulpi 8 p. 169 (inde Canina p. 169).

225* inscriptiones originis certo urbanae neque umquam ex urbe motas *Alcimachus Neronis Claud. Caesar. Aug. Ger. corpor. cust. et Ti. Claudius Chloreus Neronis Claudii Caesaris Aug. corporis custos* (huius corporis vol. VI n. 8802. 8803) referens Matteius p. 25 citato Fabretto non dicit quidem repertas esse Tusculi, sed utitur eis — vel videtur uti, nam tota disputatio confusa est — tamquam repertis in agro Tusculano loco dicto *i Centroni*. Ex Matteio ut Tusculanas eas repeterit Vulpi Lat. 8 p. 156.

226* inscriptionem a me receptam inter Ostienses genuinas n. 852 servatam a solo Fabretto in Sacchettiurum villa Tusculana repertam esse dicit Mattei p. 80 (inde Vulpi Lat. 8 p. 159; Canina p. 172).

227* fragmentum CON... | ...XV MENS I... | ...C-VILISARI... a Matteio p. 93, qui solus id servavit, dicitur quidem repertum esse *vicino la sepoltura di Nerone*, i. e. ut videtur ad viam Cassiam lapide ab urbe V, ubi vulgo credebatur esse sepulcrum Neronis, sed datur inter Tusculanas, ita ut mirum non sit Tusculanum existimatum esse hoc fragmentum tam a Muratorio 423, 4 quam a Rossio inscr. chr. I n. 1060.

228* non culpa Matteii accidit, quod inscriptio *C. Valerio C. f. Pap. Mariano ... sodali sacror. Tusculanor.* Tridentina (huius corporis vol. V n. 5036) relata ab eo p. 404 sub indicatione *'iscrizioni ritrovate in varj tempi ed in varj marmi'* inter Tusculanas se immiscuit apud Vulpium 8 p. 175.

229* ex eadem inscriptione Tridentina veniunt verba *SODALITIVM SACRORVM TVSCVLANORVM* a Matteio p. 404 sub eadem indicatione sub qua n. 228* relata ut inscriptio peculiaris; deceperant eum verba Fabretti p. 341. Repeterunt ex Matteio Vulpi 8 p. 175 et Canina p. 169.

230* *C. Iulius C. l. Phronimus a bibliotheca graeca* titulum falsum (Corp. VI, 859*) Vulpius Lat. 8 p. 173 repetens ex Grutero nescio quo errore erutum esse ait Tusculi (ex Vulpio Canina p. 169).